

articulis ultimis 10—11) irregulariter alternantes. Longit. circa  $4\frac{1}{2}''$ , latit. antrors.  $\frac{1}{2}''$ , retrors. 1''.

Haec forma, in uno solummodo specimine reperta, nil nisi Taeniae erasicollis monstrum esse videtur. — De uncinorum corona simplici in hoc individuo et in praecedente obvia confer etiam notitiam apud Taeniam serratam Canis h. .

*Taenia semiteres* *Baird*: in Proceed. Zool. Soc. London 1862, 21. Tab. II. 8—12.

Habitaculum. *Felis Catus* var. *persica*: in ventriculo (Baker). *Mus Brit.*

**43 (52).** *Taenia laticollis RUDOLPHI*. — *Dies. Syst. Helm.* I. 518 adde:

*Leuckart*: Blasenbandw. 57. — *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura).

Habitaculum. *Felis Lynx*: in intestinis.

**44 (51).** *Taenia crassiceps RUDOLPHI*.

*Diesing*: Syst. Helm. I. 518. — *Leuckart*: Blasenbandw. 67. — *Weinland*: in Nov. Act. Nat. Cur. XXVIII. (1861) 18 (de ovulorum testa dura). — *Leuckart*: Menschl. Parasit. I. 224.

*Statu larvae*. Caput tetragonum prominentia brevi crassa, uncinorum validorum corona duplice, acetabulis quatuor angularibus. *Collum* depresso. *Blastocystis* antrorum utricularis, depressa, transverse rugosa, postice subglobosa vel ovalis. Longit. capit. cum collo 1'', blastocystidis ultra 1'', crassit.  $\frac{1}{2}$ —1''. — *Blastocystidis pars postica* pagina sua externa interdum gemmipara (Bremser et Rudolphi).

*Cysticercus longicollis*. *Rud.* — *Dies.*: Syst. Helm. I. 490. — *Leuckart*: Blasenbandw. 67. — *Idem*: Menschl. Parasit. I. 224.

Habitaculum. *Statu perfecto*: *Canis Vulpes*: in intestinis tenuibus.

*Statu larvae*. In *Lemmorum* cavo thoracis et sacculo axillari.

Tempus transformationis embryonis in blastocystidem larvigeram ignotum; evolutio larvae in Taeniam perfectam 5—6 hebdomadibus absolvitur (Leuckart).

**45. *Taenia polyacantha LEUCKART*.**

*Caput* latum prominentia brevi, uncinorum magnorum 62 corona duplice cineta, acetabulis prominulis. *Collum* brevissimum.